



1. De Assentationibus Norum. P. A. Leyser. R. A. de Drandorf.
2. De Juris Romani et Germanici Differentiis. P. J. P. Ludwig.  
R. F. Legnich.
3. De pignore conventionali facit ok. P. J. Hertig. R. T. Antonig
4. De Injuriis. P. J. Mehlbaum. R. J. Parthesig. de Meuttern.
5. De Jure Retractus. P. J. W. Dechman. R. C. Leysel.
6. De Actionibus feudalnomine competentibus. P. J. P. Antonig.  
R. C. Leysel.
7. Jurisprud<sup>tie</sup> Instituti areae Solresplendescens. Autore.  
H. P. Haberkothen.
8. De Exceptionibus in genere et summation potissimum  
vero de variis dilatatoriis et peremptoriis speciebus.  
P. J. Lotichig. R. F. V. Wisel.
9. De Pignorationibus. P. C. Mandig.
10. De Renovatione investiturae feudalis. P. C. Kiegler.  
R. J. Schreckenbach.
11. De eo, qui est sine domicilio actus. L. 27. §. 2. ad municip.  
P. C. Thomaeus. R. J. C. Mehl.
12. De Arbitro compromissario et Judicibus Austriacis. P.  
J. Negerg. R. J. H. d. Luttitz.
13. De Fideicommissis familiae. P. J. Rinckig. R. Chaffarben  
von Ehinstrin.
14. Juris controversi Theoretico practici Decas. P. Lud. Menckeng.
15. De jure possessionis. P. A. Ribig. R. J. G. Mencke.
16. De Codicillis. P. Geisler. R. F. V. Wisel.
17. De restitutione alieni injuste ablati. P. T. W. Martini.  
R. H. Ringel.
18. De Legitimatione. P. F. Geisler. R. J. von Dale (clm Tomiz. 2. 27)
19. De Incediorum Jure. P. A. Z. Gerner. R. H. ab Horn.
20. De actione in factum pro refinenda possessione praesentia,  
nea competente. P. J. Bornig. R. S. Beckerg.



~~19~~ 19  
I. N. J. C.  
DISSERTATIO JURIDICA  
<sup>De</sup>  
INCENDIORUM  
JURE,

Quam  
Divinà favente gratià  
Ex Consensu & Autoritate Magnifi-  
ci & Amplissimi Jctorum ordinis,

SUB PRÆSIDIO  
DN. MARTINI ZACHARIÆ CRAMERI,  
J. U. D. Celeberrimi, hujus Academiæ Syndici  
meritissimi,

Patroni, Præceptoris atque Promotoris æviternum  
devenerandi,

IN ACADEMIA LIPSIENSI

Publicæ Eruditorum disquisitioni submittit

HERMAN. ab ~~Sorn~~ Oldenburgensis,  
A. & R.

In Auditorio Collegii Petri,

Ad diem 27. Septembr.

ANNO M. DC. LXXVII.

---

Literis JOH. GEORGI.

*M. Wisman Sa*



PRÆCELSE ET ILLUSTRIS-  
SIMO COMITI AC DOMINO,

DOMINO

ANTHONIO,

S. R. I. COMITI, IN ALDEN-  
BURG, DYNASTÆ IN VAREL

ET KNIPHAUSEN &c. S. R. MAJESTATI

DAN. ET NORWEG. A CONSILIIS SECRE-

TIORIBUS, EJUSDEMQUE PER COMITA-

TUS OLDENBURG ET DELMENHORST,

UT ET PER STAD- ET BUTIADINGAM

REGENTI VICARIO, ET ADPRÆSENTIA

COMITIA, QUÆ INEUNDÆ PACIS GRA-

TIA NOVIOMAGI AGUNTUR, CUM

PLENA POTESTATE LEGATO,

EQVITI ORDINIS REGII &c.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO

Pro contestanda humillima subjectione &  
studiorum suorum commendatione hoc quæ-  
le quæle specimen Academicum

dat, dicat, & consecrat

Subjectissimus & devotissimus Servus

HERMAN, ab HORN.





Q. D. B. V.

## PRÆLOQVIUM.

**D**eliberanti mihi secundum laudatum Institutum Majorum edere specimen Academicum, in mentem venit illud *Pauli J Cii in L. 25. pr. ff. de liber. leg. & Ulpiani in L. 1. ff. de Suspectis tutor. & curator.* Ea potius tractanda esse, quæ quotidiana sunt ac scitu necessaria, iisq; quæ rarò contingunt, vel nullum planè usum habent præponenda. Quamobrem non malè me locaturum operam arbitratus sum, si talem eligerem materiam, cujus scientia ac utilitas tam Rebus publicis, quam Civitatibus, imò & pagis apprimè utilis est; præ Reliquis igitur visa mihi fuit materia **INCENDII**, quæ & Physicè & Juridicè tractari potest; Nostrum autem propositū quod attinet, illam solummodo quoad effectus juris tractaturi sumus, quotuplex sc. sit incendium, quænam sint ejus pœnæ tam Criminales quam Civiles, quæ remedia ad incendia tam præcavenda, quam restringenda; Et ad hanc materiam tractandam non solum impulit me ejus necessitas, sed etiam deploranda illa **Exempla** variarum urbium ab igne hinc illinc consumptarum, inter quas proh dolor Urbs Oldenburgensis, Patria mea dilectissima non minimū

A 2

obti-





obtinet locum, Quæ præterito Anno 1676. 6. Kalend. Septembr. à fulminis igne conflagravit, jamq; plane devastata atq; diruta jacet. Cum vero nihil felici gaudeat progressu, nisi cui subsidiarium sit divinæ opis auxilium, ideo & in nomine Domini nostri Jesu Christi ad hunc actum rectè progredimur, *secund. leg. 2. Cod. de Offic. Præfett. Prator. Afric.* ipsiusq; Numen & nomen supplices invocamus, ejusq; auxiliū ad Dissertationis hujus Elaborationem imploramus, quia ubi Christus non est fundamentum, nullum boni operis etiam est superædificium *Can. 26. Caus. 1. quæst. 1.*

## CAPUT I.

De

### INCENDIO DOLOSO.

§. I.

Incendii Definitione & Divisione.

**T**Ractaturi de incendiis primum erit ut inquiramus in Definitionem & Divisionem; Quoad Definitionem incendium in genere nihil aliud est, quam damnum igne datum. Quoad Divisionem non omnes conveniunt. Alii incendium quintuplex esse ajunt, ita ut vel proveniat ex dolo, vel ex culpa lata, vel ex culpa levi, vel ex culpa levissima, vel ex casu fortuito, uti *Berlich. in Conclus. 24. n. 1. p. 4.* hanc præprimis amplectuntur. Alii triplicem faciunt divisionem, & hoc, quoniam omnia incendia ex tribus causis, dolo sc. culpa, & casu fortuito proveniunt, inde etiam incendium in Dolosum, Culposum, & Casuale seu fortuitum dividunt, eamq; distinctionem non obscure innuunt *Mynsing. centur. 6. Observat. 88. Gail. lib. 2. Observat. 21.* Mihi aridet distinctio incendiū, quod aliud fiat ex proposito, aliud sine proposito, utut omnes hæc distinctiones aliās coincident.

§ II.



§. II. Incendiu ex proposito fit vel absq; vel cum injuria. Illud est, quando autoritate publica suburbia incenduntur tempore obfessionis, vel ante eam, ne hosti sint receptui *Frantz. lib. 2. Resolut. 7. n. 214.* Et hoc omni jure probatum, licita enim sunt Majestati Civili omnia ea hujus generis, quæ ad Civitatem conservandam sunt necessaria. *Conf. Bœcler. ad Grot. Dissert. de Dominio Eminente pag. 114. & 2.* sub conditione tamen compensationis civi, qui bonorum suorum jacturam patitur, vel statim, vel quando fors melior civitati obtigerit faciendæ, ad exemplū L. Rhodiæ, quæ quod omnium causa damnum datum, à reliquis, quorum res servatæ communi contributione refarciri jubet, vid. late *Dn. Lamerbach. Dissert. de æquitat. & extens. L. Rhod. th. 18. & 19.* ubi limitat in eo, qui tali in loco ædificavit ubi non debuit, puta si quis ad mœnia civitatum, vel ad templorum parietes temerè ædificaverit. *Struv. de ædif. privat. th. 68.* Hoc cum injuria conjunctum convenit cum incendio doloso, Estq; quod dolo, consulto, deliberato animo, data opera vel malitiose à sciente, prudenteque immittitur *Andr. Rauchb. p. 2. quest. o. n. 6. Mynsing. centur. 6. Observat. 88. num. 5.*

De Incendio  
ex proposito  
absq; injuria.

De Incendio  
ex proposito  
cum injuria.

§. III. Cum autem hoc incendio & pax publica, imprimis si cœtu, turba, seditione concitata factum violetur, uti patet ex *L. 5. in pr. junct. l. 1 ff. ad L. Jul. de vi publ.* & alias Crimen istud longè gravissimum atrocissimumq; fit, & ad humanæ societatis conjunctionem tuendam perniciosissimum, ideo merito pœnis gravibus tam Jure Civili veteri & Novo, quam Jure Canonico & Saxonico coercetur, de quibus omnibus in specie in sequentibus.

Pœna ex Jure  
Civili veteri.

§. IV. Pœna incendiorum dolosorum ex jure Civili veteri varia est. Aut enim incendium in civitate committitur, aut extra mœnia in villa; Si intra oppidum, iterum distingvendum, an incendiarius sit humilis vitæ ac conditionis, incendiumque magnum, olim bestis dilacerandus objiciebatur, hodiè igne crematur ex jure talionis, si non magnum incendium fuerit capite plectitur; an vero incendiarius dignioris & honestioris fuerit conditionis, & incendium magnum sit, tunc decollatur, sin parvum, deportatur. Sin autem incendium committitur extra Civitatis mœnia in villa, & incendiarius vilior ob incendium magnum capitis supplicio, ob parvum damnatur in metallum, honestior in villa pro incendio magno vel depor-

tatur



tatur, vel ad triremes condemnatur, pro incendio parvo in perpetuum relegatur. *L. 9, & L. fin. §. 1. ff. de incend. ruin. L. 10. ff. ad L. Cornel. de sicar. L. 15. §. penult. L. 28. §. 12. ff. de poen. Mysing. centur. 6. observat. 88. n. 5. 6. 7. & 8. Speidel. in observat. voce Brunji. Damhoud. in Prax. Crim. c. 103. n. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.*

Pœnæ ex Jure Novo.

§. V. Pœna Incendiorum dolosorum ex Jure Novo est ignis, secundum Constitutionem Criminalem Caroli V. *Artic. 125.* ubi dicitur: Die böshaffige überwundene Brenner sollen mit den Feuer von Leben zum Tode gerichtet werden! *Andr. Gall. lib. 2. Observat. 22. n. 6. Matth. Coler. Decis. 186. incipit incendiarii num. 1. p. 1. Hahn ad Wesenb. ad tit. de incend. ruin. Atenoch. de arbitr. jud. quest. lib. 2. cent. 4. Cas. 396. n. 34. 35. 36 & 37. qvi & statutum Brixienfe, Mediolanense & Vicentianum refert ac declarat, ubi etiam expresse*

Quid Juris si incendium iteratum. Vel alia crimina concurrant.

in incendiarios pœna mortis statuitur. *Damhoud. in Pract. Crim. c. 103. n. 8. & 9.* Verum quæritur, si incendium aliquoties sit iteratum, qualis tum pœna locum habeat, utrum eadem sola, an cum exasperatione aliqua? Et Resp. quoniam nullibi de exasperatione expresse aliquid constitutum reperitur, ideo nec facile exasperatio supplicii alias in se gravissimi admittenda, *Hartman. Pistor. L. 2. quest. 13. num. 25.* nisi alia cum incendio crimina concurrant, ut latrocinium, parricidium, tunc exasperatio pœnæ procedit, ut reus trahæ imponitur ad supplicii locum pertrahi vel etiam ferro candente aduri possit. *Carpzov in prax. Crim. p. 1. quest. 38. n. 67. & seq. ii. n. 78.*

Pœnæ ex Jure Canonico.

§. VI. Pœnæ Incendiorum dolosorum ex Jure Canonico. Notandum hic, quod licet summus Pontifex pessimam & depopulatricem, horrendamq; incendiorum malitiam detestetur ac interdicat in *cap. pessimam 32. quest. 8. caus. 23. Farinac. part. 3. oper. Crim. quest. 110. num. 2* Jus tamen Canonicum incendiarios igne aut morte nunquam punit. *Damhoud. prax. Crim. c. 103. num. 13. & seq.* sed varia ac intricata ejusdem circa incendia dispositio. Qvi Ecclesias aut ædificia sacra incenderit, ipso facto est excommunicatus, sustinetq; post delictum Anathema, quod tollere ab eodem nisi Pontifex ipse, nemo potest; Rerum autem profanarum incendiarius est excommunicandus *cap. 2. & cap. 5. X. de Raptor. & incend. cap. 19. X. de sentent. e. commun.* Et in hoc statu mortuus Christianorum caret sepulturâ omniq; sacramentorum subsidio, aliquando pœnitenti



tenti etiam iniungitur peregrinatio annalis transmarina Hierosolymitana, vel ad S. Jacobum in Gallicia. *Can. 31. & 32. caus. 23. quest. 8.* plures ex corpore Canonico pœnas in Incendiarios statutas *vid. d. cap. pessimam 32. & Farinac. in operib. Crim. p. 3. quest. 110. n. 15. per tot. Menoch. de arbitrar. jud. quest. lib. 2. cent. 4. cas. 390. num. 39. & 40. Vallens. parat. 1. Jur. Can. tit. de Raptor. & incend. §. 3. n. 5.*

§. VII. Jure Saxonico distinguitur inter famosos & conductitios Nordbrennern & simplices Incendiarios domesticos, die ohne Nordbrandt gebrennet, ut illis Nordbrennern sc. membra rotâ concutiantur; hi vero die ohne Nordbrandt gebrennet decapitentur, *Landr. lib. 2. art. 13. §. alle Mörder. Schneidwin. §. Capite tertio num. 5. Instin. ad L. Aquil. Sed hodie per Constitutionem Augusti 17. p. 4. non attenda distinctione inter personas viles & honestas, inter incendium in Civitate & extra Civitatem excitatum, flammarum supplicium receptum, Carpzov. in Jurisprud. forens. part. 4. const. 17. defn. 1. & in Prax. Crim. p. 1. quest. 38. n. 13. & seq.*

§. VIII. Quæritur autem utrum Nobiles vel alii in dignitate constituti, hujus Criminis rei, ignis supplicio sint subjiçendi? Resp. verum quidem esse quod Jus Civile Nobilibus in Crimine incendiû aliquo modo veniam tribuat, iisq; minorem pœnam infligi jubeat, uti manifestum est *ex leg. fin. §. 1. ff. de Incend. Ruin. sed à dispositione hujus juris in Imperio Romano usu ac consuetudine contraria jamdudum recessum est, Carpzov. in Prax. Crim. p. 1. quest. 38. n. 23. & seq. Cum non soleat haberi ratio dignitatis personæ in delictis maxime atrocioribus, quibus pœna uniformis est præfinita, Carpzov. d. l. id quod exemplo furti illustrari potest, ubi Nobilitas reum à suspendiû supplicio. licet ignominiosissimo non liberat, Hahn ad Wesenb. tit. de furt. n. 15. vers. non etiam in furtis, in med.*

§. IX. Et ex pari ratione patet, quod fœminæ quoque eadem pœna puniantur, & hoc non solum ob identitatem rationis, quæ idem jus facit *L. 32. ff. ad L. Aquil. sed etiam ob Criminis atrocitatem atq; enormitatem, quæ veniam non meretur, & sexus mulieris fragilitas fœminas à pœnis ordinariis non excusat, Prosp. Farinac. p. 3. oper. Crim. quest. 98. n. 11. quod & Carpzov. in prax. Crim. quàm plurimis Scabinorum Responsis probat part. 1. quest. 38. n. 21.*

§. X.



De pœna  
mandantis &  
mandatarii in  
hoc crimine.

§. X. Porro quæritur, si cujus instinctu & forsan spe lucri incendium factum fuerit, utrum tam mandans quam mandatarius in eandem pœnam incendii incurrat? & Resp. quod sic, Nam quod Mandantem attinet, ille triplici modo delinquere videtur, tum in se ipsum, tum in Mandatarium quem corrumpit ut incendat, tum etiam in eum cujus ædes comburuntur *Joseph. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 1012. n. 1.* Et nota quoque est Regula juris: Quod quis per alium fecit, id ipse per se fecisse dicatur *L. 169. ff. de R. l. c. 72. de R. l. in 6to. Confer L. 15. ff. ad L. Cornel. de sicar. L. 5. Cod. de Accus. L. 11. §. 3. ff. de in jur.* Quod Mandatarium attinet qui operam suam pecunia accepta ad inflammandum locat, non multum dubii habet, imo & gravius delinquit, qui lucri aut alterius rei adipiscendæ causa tam horrendum crimen perpetrare non veretur, pecunia enim interveniens regulariter delictum aggravat. *Damboud. prax. Crim. c. 83. n. 4. Prosp. Farinac. p. 5 oper. Criminal. quest. 123. n. 5.*

Pœnam incendii dolosi quis effugere non potest licet damnum resarcire velit

§. XI. Et tantum de pœnis Criminalibus ratione incendii dolosi, quas nequaquam quis effugere potest, licet damnum resarcire velit, & ad restitutionem se offerat, quilibet enim quo vitam redimeret jacturam bonorum facillime pateretur, nec non paupertatem potius quam mortem eligeret, quemadmodum & hoc in casu Scabinos Lipsienses ita Respondisse reperitur, *Carpyov. in praxi Criminal p. 1. quest. 38. n. 44.*

Utrum quis præter pœnam corporis afflictivam etiã ad restitutionem damni teneatur.

§. XII. Quæritur hic an reus incendii dolosi præter pœnam corporis afflictivam adhuc restitutione damni onerandus sit? Negant nonnulli ex ratione, quod leges omnes, quæ de restitutione damni agunt, non loquuntur de incendio dolo dato, sed de tali, quod ex negligentia ortum, item quoties quis pœnam mortis vel sanguinis sive corporis afflictivam patitur, ad restitutionem damni & rerum incendio consumptarum non tenetur, *Berlich. p. 4. Conclus. 24. n. 51. §. seq.* In Terris quoque Saxonis hoc receptum esse constat ex *Carpy. prax. Crim. part. 1. quest. 39. n. 43. Rauchb. p. 2. quest. 10. n. 17.* Verum de jure Communi Doctores rectius affirmant, *moti L. 9. ff. de Incend. & Ruin L. 28. §. 12 ff. de pœn Menoch. de arbitr. judic. quest. lib. 2. cent. 4. Cas. 390. n. 27. Mynsing. centur 6. observat. 88. n. 5.* Ex quolibet enim delicto datur & actio Civilis ad præstationem ejus quod interest & Criminalis ad pœnam publicam arg. *L. 9. §. 5. ff. de public. & veltig.*





dectig. & L. un. Cod. quand. Civi. Alt. Crim. prej. L. 23. §. 9. ff. ad L. A.  
quil. L. 3. Cod. eod. L. 7. §. 1. ff. de injur. Rauchb. p. 2. quæst. 10. n. 13. à  
qvo non planè recedit jus Canonicum Can. 32. Caus. 23. quæst. 8. c. 5. X.  
de Raptor. & incend. qvòd qvamvis alias mortis suppliciu non dicitur,  
heredes tamen ad satisfaciendu, qvatenus facultates defuncti ferunt,  
is qui idamnum passi sunt, obligat, ut salati animæ (qvamvis  
post fata parum orthodoxè) consulatur, cum non dimittatur pecca  
tum nisi restituatur ablatum. d. cap. 5.

§. XIII. Si autem quis proprias ædes dolo malo incenderit,  
an & ille ordinaria pœna teneatur? Resp. qvòd sic, Ratio, qvòd  
maleferiati homines cum proprio damno aliis nocere sapissime  
gaudent, neqve per ipsos stat. qvòd minus vicina ædes etiam flammis  
corripiantur, malitia enim qvanto gravior videtur, tanto severiori  
etiam supplicio coercenda est. qvòd & Responsis probat *Carpzov. in  
Jurisprud. forens. p. 4. const. 17. defn. 2. idem in praxi Criminal. p. 1. quæst.  
38. n. 47.*

§. XIV. Sed qværitur quid juris. si quis ædes proprias hunc in  
finem incendit, qvò oneribus & contributionibus eximatur? Scabini  
Lipsienses, aliquando pœnam extraordinariam, Relegationis nempe  
reo indicendam existimavere, qvòd dolus & malitia (neqve enim ani  
mo aliis nocendi Reus illic ignem excitaverat) cessaret, & intempe  
ries ista animi parum à Melancholia abesset. *Carpzov. lib. 6. tit. 9. Re  
spons. 93.*

§. XV. Jam qvòqve quædam de conatu differenda sunt.  
Aut enim quis materiam igni concipiendo aptam depositam, puta  
pupas aut linteas stupas cum igne, pice, sulphure aut pulvere bom  
bardico, aut carbones, aut titiones jam inflammavit, aut non. Si  
nondum inflammata, tunc non potest dici crimen ex parte Rei con  
summatum, adeo qve sufficit hoc casu pœna arbitraria, vel castigati  
onis, vel perpetuæ relegationis *Matth. Coler. part. 1. dec. 186. Beust de ju  
rejurand. pag. 742.* Aut materia dolose posita & accensa fuit, & tum  
qvòd ipsius intentionem & factum crimen incendiij jam  
consummatum est, ideo ordinariam incendiij pœnam incurrit, utut  
nullum profus damnum inde fuerit datum, Ratio, qvòd qvòd  
ipsum non stetit, qvòd minus vicina ædes fuerint inflammata aut  
combusta, sed Dei gratia & protectione conservata fuisse, & incen  
dium

Agitur de il  
lo qui dolo  
malo propri  
as ædes in  
cendit.

De illo qui  
ædes propri  
as incendit,  
qvò oneribus  
eximatur.

De Conatu.



dum est tale delictum, quod in perniciem Reipublicæ & multorum hominum tendit *Damboud prax Crim. c. 103 n. 5* & alias in atrocissimis delictis conatus habetur pro consummatione & punitur æque ac effectus, *idem d. cap. 03 n. 1. vers. juxta generale illud axioma*. Et hanc opinionem Elect. Saxon. Aug. est amplexus in *Nov. p. 4. Const. 7. Berlich d. p. 4. Conclus. 24. num. 21. Confer Anton. Math. de Crimin. lib. 48 tit. 5. cap. 6. num. 3.* qui de jure Civili Justiniano, quo pœna, uti supra diximus, admodum variat, conatum Criminis, si ad actum proximum deventum fuerit, jamq; ædes arserint, capitis pœnam mereri docet, adde paulo aliter quoad Const. Elect. disting. *Petr. Theod. Crim. D. 7. th. 8. lit. d.*

De illis qui deprehenfi super facinore. Item qui auxiliũ afferunt

§. XVI. Idem quoq; est extendendum ad eos, qui deprehenfi super incendio faciendo impediti sunt *Farin. in Criminal. p. 4. quest. 124. n. 11.* item qui opem & auxiliũ attulerunt, modò non attentatum, sed consummatum incendium. *Berlich. d. Conclus. 24. n. 24. & seq.*

De his qui de incendio committendo conspirant.

§. XVII. Si autem quidam de incendio committendo solummodo conspiraverint, tunc regula supra dicta, quod in delictis conatus habeatur pro consummatione, non habet locum, sed hi pœna extraordinaria puniuntur, ratio, quia licet alias in atrocioribus delictis conatus habeatur pro effectu, hoc tamen fallit, quando non est perventum, nisi ad actum verbi seu deliberationem tantum *Prosper. Farinac. in prax. Crim. p. 3. quest. 10. n. 44. ibi limita tertio.*

Item qui nudis verbis minantur.

§. XVIII. Et tandem quid statuendum de illo, qui nudis verbis minatur sc. Er wolle ihm einen roten Hahn auf's Haus setzen oder Stadt oder das Dorff anstecken? talis pœna gladii affici nequit *Richter. Consil. 350. n. 7.* interim in Carcere tamdiu teneri debet, donec sufficientem cautionem præstet vid. *Ordinat. Criminal. Caroli V. art. 176.* So soll dieselbe ungläubhaffige / böshaffige Person im Gefängnis als lang/bis die nach Erkenntnis desselben Gerichts angemessene Caution und Bestand für solche unrechtheliche thätliche Handlung thut *Berlich. p. 4. conclus. 24. n. 29.* Nisi minitator simplicium minarum terminos excedat, puta si relictis ædibus in loca suspecta se conferat, & improborum hominum societati jungat, tum pro diffidatore habetur & *juxta ordinat. Crimin. art. 128.* capitis supplicio afficiendus est *Carpzov. p. 1. pr. Crim. quest. 37. n. 76.*

§. XIX.



**§. XIX.** Si prædicta pœna ignis debeat habere locum, cer-  
to constare debet de dolo, qui non præsumitur, sed ab accusatore  
probari debet ex indicis & conjecturis evidentibus, quæ, si non con-  
demnationi, tortura tamen locum faciant. Sufficientia ad quæ-  
stionem habendam indicia sunt, si quis alias suspectis moribus,  
clandestine & occulte igneas faces, vel tela ignea, vel alia fomen-  
ta facile succendentia præparaverit, & paulo post incendium exor-  
tum sit, *vid. Constit. Crim. Carol. V. art. von heimlichen Brandt 41.*  
Vel si minæ præcesserint, sive verbis sive literis diffidatoriis durch  
Hofa Jungß Brieffe / Zang de qu. seu tortur. c. 2 n. 109. vers. idem esse puto.

**§. XX.** De incendiis ab hoste excitatis lubet hic subji-  
cere quæstionem, an licita sint? Et tutius est etiam in bello justo  
hæc negare, quam affirmare; plerumque enim talia admittuntur odio  
magis quam prudenti ratione, & ferè evenit, ut aut causa svaden-  
tes cessent; aut alia sint validiores, quæ dissuadeant: & utinam qui  
hodie inhumanam illam rationem, quam vocant, belli in defensio-  
nis argumentum trahunt, si bonitatis Christianæ memores esse no-  
lint, recte expendant, quod Philippi exprobratum fuit *apud Liv. lib.*  
*32. In bello eum non congregi æquo campo, neq; collatis signis dimicare, sed*  
*refugientem incendere ac diripere urbes & vincientium premia vitium*  
*corrumperere; ac non sic antiquos Macedonum Reges, sed acie bellare soli-*  
*tos, in bibis parcere, quantum possent, quo opulentius imperium habe-*  
*rent. Nam de quorum possessione dimicetur tollentem nihil sibi præter*  
*bellum relinquere, quod consilium est? vid. eleg. Grot. de J. B. & P. lib. 3.*  
*c. 2. §. c. 18. §. fin. Besold. in thesaur. Pract. voce Brandtschaden.*

## CAPUT II.

### DE INCENDIO CULPOSO.

**§. I.** Incendium tenere seu habere in domo sua nemini prohibitum est,  
noxium tamen habere nefas est, ideo meritò incendium ex culpa  
ortum impunitum non debet esse; antequam autem certum quid  
hic statuatur, prius de definitione & divisione erit agendum. Incen-  
dium culposum in genere est, quod ex culpa, imprudentia, aut negli-

B 2

gentia

De probatio-  
ne incendii.

Utrum in bel-  
lo liceat in-  
cendere.

Incendii cul-  
posi definitio  
& divisio.



gentia oritur arg. l. 72. ff. pro soc. dividiturq; in incendium culpa lata, levi & levissima factum.

Incendium  
lata culpa or-  
tum.

§. II. Incendium lata culpa dicitur fieri, quod per summam, dissolutam & supinam alicujus negligentiam exoritur l. 1. §. 5. in fin. ff. de Oblig. & Action. l. 226. ff. de Verbor. & Res. signif. l. penult. ff. de incend. Ruin. Naufr. Quæ lata culpa est, v.g. quando quis illum locum, ubi quotidie ignem fovet, replevit stramine, scæno & cannabe, aliisque ejusmodi rebus ignem facile concipientibus, & sic incendii causam præbuit: Quamvis autem lata culpa aliàs dolo comparari soleat l. 1. §. 1. ff. si mens. fals. mod. dix. & passim. tamen hic id non procedit, ut eadem pœna ex lata culpa, quàm ex dolo debeat puniri, quoniam lata culpa æquiparatur dolo, quando civiliter agitur, non quando Criminaliter l. 7. ad L. Cornel. de sicar. Ludw. Exercit. 3. th. 12. in fin.

Incendium  
levi culpa or-  
tum.

§. III. Incendium culpa levi committitur, quando fit per incuriam ejus, qui in habendo & custodiendo igne non eam diligentiam adhibuit, quam quilibet prudentes & frugi patresfamilias rebus suis adhibere consueverunt l. si vendita n. ff. de pericul. & com. mod. rei vend. e. g. si quis die ventoso in stipulam suam vel in spinam, comburendæ ejus causa, ignem immisit, vel ignem immissum non probè observavit, ne longius progredereetur, & progressus alienam vineam aut segetem læsit. Rauchb. p. 2. quest. 10. n. 19. & sic ex accidenti fit culpabile, quod per se erat licitum, uti Camill. Borell. Consil. 7. n. 45. & seq. testatur, Agricolas in Regno Neapolit. d. 15. Aug. quotannis in stipulas flammam immittere, tum ad agrorum, faciliorem culturam, tum ad eorundem fertilitatem. Ad hanc culpam meritò etiam referri debet, si quis debitam diligentiam non adhibuerit in purgandis caminis, de quibus infra: refert huc quoque Rauchb. d. quest. 10. p. 2. n. 19. si ab inimicis inhabitatoris ædium privatis, non à publicis & communibus hostibus patriæ vel latronibus immissum fuerit incendium per l. 45. §. 4. ff. locat. ubi culpæ coloni hoc adnumeratur, sed hoc distinctione ex æquitate temperandum, an inimicitia justa an injusta sit, quæ enim custodia consequi quis potest, ne damnum injuria ab alio dari possit? L. 4. ff. eod. confer in simili Franck. ff. locat. n. 130. & seq. & de Evict. n. 783. & seq.

Incendium  
levissima culpa  
ortum.

§. IV. Incendium levissima culpa fieri dicitur, si factum fue-



fuerit propterea, quod quis omiserit vel non fecerit, quod optimus, prudentissimus, diligentissimusque Paterfamilias non omisurus vel facturus fuisset, *L. 18 ff. Commod. §. ult. Instit. de societ. Rauchb. p. 2 quest. 10. n. 28.* tale est incendium è fœno madido ortum, de quo infra.

§. VI. Quod pœnas attinet & actiones damni nomine competentes, sciendum, incendii lata culpa orti præter damni restitutionem pœnam esse arbitrariam, quandoque corporalem, fustigationis aut relegationis, citra tamen vitæ amissionem, *Berlich p. 4. conclus. 25 n. 7.* & fustigationis pœnam cuidam Aurigæ dictatam esse Lipsiæ in stabulo alicujus hospitii dormienti & candelam negligenter custodienti, unde incendium magnum exortum fuerat, memorat *Carpxov. prax. Crim. quest. 39. n. 37. & seq.* Hoc autem præprimis notandum, quod quod incendium ex culpa lata ortum teneatur quis ad damni & rerum incendio consumptarum restitutionem, *L. 9. vers. si vero ff. de incend. Ruin. Naufr. L. 28 §. 12 ff. de pœn. Gaill. lib. 2. observat. 22 n. 2.* item *Rauchb. d. l.* Unde ad damnum restituendum parti læsæ dantur variae actiones, vel Condictio ex lege, vel actio ex Edicto Prætoris de incend. ruin. Naufr. vel actio ex Contractu e. g. locat. vendit. vel actio legis Aquiliæ, *Prosp. Farinac. in prax. Crim. p. 3. quest. 10. n. 10. Berlich. conclus. 25 n. 11.* Et de hac ultima nullum quidem est dubium, sed an condictio aliqua ex lege veluti, *Farinac. d. l. n. 10* vult, ex decretali & quidem *c. 5. & 6 X. de Injur. & damn.* locum inveniatur, ambigo, cum nihil novi ibidem sit constitutum, sed reparatio damnorum præcipiatur non addito, quanam actione peti debeat, E. standum est juri Civili & text. I. Canon. de action. L. Aquil. intelligendi; neque minus dubitò de actione ex edicto Prætoris in *L. 1. ff. de incend. ruin. Naufr.* huc applicata, cum hæc ad eum casum pertineat, quo ex incendio quid raptum damnive quid datum fuerit, etiam ab eo, cujus nec proæresis nec culpa in incendio excitato arguitur; non quidem inficias eo *Paulum in fragm. sent. lib. 5. tit. 3. §. fin.* annotare, ab iis, quorum per incuriam ignis evaserit, dupli compendio damnum ejusmodi farciri, verum quod eadem, quæ ex edicto Prætoris de incend. ruin. Naufr. nascitur, actione duplum istud petitum, eaque propter illa incendiaria secund. *L. 7. §. 13. ff. de pact. dicta fuerit, uti Wesenb. paratit. ff. de incend. ruin. Naufr.* contendit, nulli



libi traditur, veroque simile est; actionem istam, ut à Compilatori-  
bus Pandect. neglectam, tempore Justiniani non amplius fuisse in u-  
su, Paulo aliter Cujac. ad d. §. fin. Pauli sent. qui textus quidem in L. 9. §.  
penult. §. 7. d. 1. L. 28. §. 12. ff. de pæn. co. trahit, sed eam Prætoriam esse  
non audeo affirmare.

Paena incen-  
dii levi culpâ  
orti,

§. VI. Incendium ex levi culpa ortum Criminaliter puniri  
non potest, nisi quando quis non est solvendo, tunc locum habet Re-  
gula, qui non habet in æte, licet in corpore. L. fin. ff. de in juss. vocand.  
L. 28. §. 12. in fin. ff. de pæn. Rauchb. p. 2. quest. 10. n. 27. Wissenbach.  
disp. 1. 30. tit. 10. p. 2. per L. 9. ff. de incend. ruin. Et Nauf. nec distin-  
guo, an hæc culpa in committendo an in omittendo consistat. Et li-  
cet Berlich. conclus. 25. n. 23. velit, pecuniariam quoque pœnam ne-  
gligenti simul irrogari posse, id tamen textibus juris convenire nego,  
nam L. 28. §. 12. ff. de pæn. qua nititur, explicanda ex L. 9. ff. de in-  
cend. ruin. Nauf. L. autem penult. ff. eod. de lata. non levi culpâ; sola  
igitur hic remanet reparatio damni iisdem actionibus de quibus in-  
thesi præcedenti dictum, potenda

Paena incen-  
dii levissima  
culpâ orti,

§. VII. Incendium levissima culpa ortum Criminaliter non  
punitur; Schneidwin. ad d. §. capite tertio n. 5. Instit. de leg. Aquil. nec  
eum ad damni emendationem conveniri posse nonnulli volant Mynd.  
sing. centur. 6. observat 88. n. 11. Menorb. de arbitrar. jud. quest. lib. 2.  
Cont. 2. Cas. 390. n. 9. Et o. Verior tamen quoad damni emendatio-  
nem sententia contraria per L. 9. ff. de incend. ruin. Sicut in l. data o-  
pera in Cod. de his qui accusari non poss. Berlich. conclus. 25. num. 27.  
Rauchb. p. 2. quest. 10. n. 28. in fin. et seq. Thom. Grammar. in Decis. Nea-  
polit. decis. 3. n. 18. Quod si reus non fuerit solvendo, modicè coer-  
cebimur d. l. 9. ff. de incend. ruin. Nauf. Camill. Borell. Consil. 7. num. 2.  
neq; distinguendum puto, an omittendo an committendo quis da-  
mni causam dederit per l. 8. l. 27. §. 9. ff. ad L. Aquil. nec probò  
distinxi. Berlichii d. Conclus. 25. n. 37. qui hoc non legis Aquilæ actio-  
ni sed incendiariæ tribuit, cum, ut supra deductum, in jure hæc  
actio non fundata, sed quæ de resarciendis damnis loquuntur ju-  
ra; ad L. Aquil. hodie procul dubio sint referenda; illam tamen  
limitationem non invito admitto, à culpæ levissimæ præstatione  
immunem esse, e. g. conductorem; qui ex natura contractus ad  
diligentiam exactissimam non adstringitur, adeo, ut ne quidem

L. A.



L. Aquil. actione, etsi in hac alias culpa levissima veniat l. 44 ff. ad l. Aquil. eo nomine pulsari possit. *vid. Sicut Ex. 14 th. 20.* secus quam iterum *Berlichius d. Conclus. 25 n. 46. 51. & seq.* sentit: qui conductore ab actione, quidem ex contractu absolvit, sed actioni legis Aquil. si committendo non omittendo levissimam culpam contraxerit, obnoxium reddit.

§. VIII. Haec de culpa gradibus: potest autem pars laesa per alterius culpam uno eodemq; processu & ad poenam arbitriam fisco applicandam, sc. in casibus in quibus haec obtinet, & ad damni emendationem agere *arg. l. 23 §. 9. ff. ad leg. Aquil. l. 3. §. 6. ff. de tab. ex bib. l. 9. §. 5. ff. de publ. & uectig. l. 21. ff. ad L. Cornel. de fals. l. 1. in Cod. quan. Civil. act. crim. prejud. Rauchb. d. quest. 10 n. 12. & seq.* Et quoniam interdum certo non apparet, quantum damni per incendium sit datum, ideo solet hoc probari per iuramentum in litem, *Farinac. in prax. Crim. p. 3. quest. 110. n. 13.* vel damna & interesse ad certam summam ab actore aestimari & taxari Reiq; conscientia ac iuramento minorationis committi *Berlich. Conclus. 25 n. 24.* Quamvis de iuramento minorationis, quod vocant; dubitem, neque enim illud extra vim ablativam vel expulsiyam locum habet, *Carpx. p. 1. Const. 23. de fin. 17. 5.*

§. IX. Coeterum quoniam satius est impunitum relinquere nocentis, quam innocentem damnare *L. 5. in pr. ff. de poen.* & etiam alias incendium est, difficilis probationis *Farinac. in prax. Crim. p. 3. quest. 110. num. 37. & 73. Oliverius Beltraminus in decis. Rot. Rom. decis. 427 per tot.* ideo si poenae supradictae debeant habere locum, non sufficit culpam in genere probasse, sed requiritur ut actor culpam certae ac determinatae personae probet, alias reus absolvitur *Köppen in decis. 38. n. 38.* tamdiu enim quis praesumitur diligens & cautus donec contrarium probetur *Mascard. in probat. conclus. 467. per tot. & quamdiu contraria probatione paterfamilias non oneratur, incendium inter casus fortuitos in dubio connumeratur per l. 5 §. 4. ff. commod. l. 23. in fin. ff. de R. J. Rauchb. p. 2 d. quest. 10. num. 51.*

§. X. Neque officit quod incendia plerumq; fiant culpa inhabitantium l. 3 §. 1. ff. de offic. praef. vig. l. 11. ff. de pericul. & commod. rei. vend. Haec enim qualiscunq; culpa in genere praesumpta non

Potest quis uno processu ad poenam fisco applicandam & damni emendatione agere.

Probatio incendii culposi.

Obiectio resoluitur.



non statim inhabitantem Patremfamilias onerat, sed certi indivi-  
dui culpam ostendere par est, a quo nemo damnari potest propter  
rei incertitudinem *Gail. L. 2. observ. 21. n. 4. Hahn. ad Wesenb. tit. de  
offic. praefect. vig. ad verba. per Negligentiam. quod & cautum est in No-  
vissima moderni Electoris Saxoniae decisione 80.* Aliter nonnulli  
respondent, quod cum non appareat quænam culpæ species sit illa,  
quæ sic contra inhabitantes & consequenter Conductorem præfu-  
mitur, ideo nec lata, nec levis, sed levissima intelligatur *Wesenb. p. 6.  
Consil. 277. n. 46 & 47.* quam conciliationem probat *Franzky Com-  
ment. ff. tit. loc. cond. n. 209.* sed impugnat *Vinnius lib. 1. q. 33. in fin.* cum  
culpæ nomine simpliciter in jure posito intelligatur levis: Aliter scrup-  
ulum hunc tollunt, qui illud, quod de culpa in habitantium dicitur,  
non accipiendum de omnibus incendiis, sed de iis, quæ per ignem,  
videlicet immissum, vel negligenter custoditum oriuntur, monent.  
Absurdum enim est dicere, omnia incendia culpa inhabitantium fie-  
ri, cum sæpe fiant fulmine cœlitis immisso, aut in locis in quibus ne-  
quidem quis habitat. Hoc igitur volunt Doctores, vix fieri posse, ut  
incendium domus ex igne domestico ortum sine aliqua domestico-  
rum culpa oriatur, *Rittershus. in Consil. Altorf. consil. 94. pag. 600.* neque  
tamen dubito, quin etiam ex conjecturis illa culpa quandoque probe-  
tur, ut si quis ignem habuerit in loco incongruo & periculoso, tem-  
pore parum opportuno & furentibus ventis, *Hahn. ad Wesenb. d. l.*

Quousque  
Paterfam. te-  
neatur, ratio-  
ne incendii,  
culpa familiae  
aut domesti-  
corum orti.

§. XI. Hinc judicare licet de quaestione, si incendium cul-  
pa familiae aut domesticorum fiat, utrum Paterfamilias ex tali incen-  
dio conveniri possit ad refusionem damni? ubi Dd. distinguunt, an de  
certa & determinata persona ex familia non constet, an vero de ea  
certo & liquido constet. Priori casu ex ante deductis manifestum  
est, Patremfamilias non teneri, *Consil. Marpurg. volum. 3. Consil. 33. n.  
28. Farinac. in praxi Crimin. p. 3. quest. 110. cap. 3. n. 125.* Posteriori ca-  
su attendendum ajunt, an illa persona extra suum officium peccarit  
& facto incendium excitarit, an circa officium deliquerit, illo casu  
patremfamilias absolvunt, hoc vero condemnant *Gail. lib. 2. observ.  
21. n. 6. Mart. digest. Novis. tom. 2. tit. incendium cap. 10. Köppen. in De-  
cis. 38. n. 36. Carpzov. p. 4. Const. 17. defm. 14.* Malim tamen ex æquiva-  
te hoc restringere cum *Lauterb. in Syn. tit. locat. cond. §. III. rh. 7. &  
Bachov. ad Tr. V. 1. D. 18. rh. 8. l. c. ad casum, quo culpa familiae simul Pa-  
trem*



trem familias contingit, in adfciendis sc. & inducendis famulis  
commiffa per l. in ff. de peric. & commod. rei vend. l. 27. §. 9. ff. ad  
L. Aquil. l. 3. pr. ff. de publican. neq; enim quod certis tantum casi-  
bus culpam familiarum inhabitator præstat, in generalem regulam  
trahere convenit Confer *Mav. ad Jus Lubecens lib 3 tit 8 art. II n. 24.*  
*seq. atq; hæc sententia ut benignior Decis Elect. Sax. 79. recepta est.*

§. XII. Inde infertur, si ex negligentia ministrorum aut  
operariorum, qui torrefactioni polentæ aut coctioni cerevisiæ ad-  
hibentur, quid damni oriatur, dominum jure non teneri, modo vel  
publicos vel eos, quos alii diligentes Patresfamilias ad operas istas  
adhibere solent, conductor habuerit; qui enim facit quod alii soliti  
sunt facere, non dicitur esse in culpa, & consuetudo excusat à culpa.  
l. 3. ff. ad SCum Maced. Tabor de Jure Cerevis. c. 5 §. 5. *Mavim ad Jus  
Lubecense lib. 3. tit. 8. art. 1. n. 30.* Et ita in simili de Patrefamilias, qui  
conduxerat mulierem, ut cannabem in furno torreret vel ficcaret  
responsum fuisse ex aliis testatur *Rauchb. p. 2. quæst. 10. n. 64.*

§. XIII. Jam antequam ad incendium fortuitum progre-  
dior, lubet secundum promissum coronidis loco differere de incen-  
dio è fœno madido oborto: quamvis autem multi dubitent, sibiq;  
difficile pervaderi patiantur, è fœno madido ignem profluuisse,  
atq; sic per aquas & ignem incendium excitatum, quibus rebus ig-  
nes restingvi soleant, quæ tutissimum & promptissimum adversus  
incendia præsidium habentur *arg. l. 3. §. penult. ff. de offic. præf. vigil.*  
Experientia tamen fidem facit, fœnum si diuturnis imbris madi-  
dum atq; nudum collectum fuerit & diu conquiescat, computrefce-  
re & tandem flammam emittere, præcipue si in id aliquid ferri in-  
cidere contigerit. Testatur id ipsum optimus rei Rusticæ autor *Co-  
lumella. qui lib. 2. de re Rustica cap. 19. ita scribit; Fœnum demittitur o-  
ptime, antequam marcescat, nam & largius percipitur & jucundior em-  
bum pecudibus præbet. est autem modus in siccandout neq; per aridum ne-  
que rursus viride colligatur: alterum quod omnem succum si amisit, stræ-  
menti vicem obtinet, alterum si nimium retinuit in tabulato putrescit ac  
sepe cum coaluit, ignem creat & incendium, testantur & alii à Riteto. hujus  
in Consil. Altorf. ubi quod est Marquardi. Freheri, allegati; Cum agi-  
tur Præfectus quidam castri incenso fœnili incuriæ insimularetur,  
quod fœnum madidum non amoveri vel converti curasset, inqvi-  
sitorium judicium subiit, sed d. Consil. ubi. & Consil. 95. absolutus, par-*

Quid juris  
si negligencia operari-  
orum incen-  
dium oriatur.

De incendio  
è fœno madido  
oborto.

ambrosio  
sicuti  
solidius  
in  
il  
sonor



tim, quod dubia esset facti probatio, partim, quod si qua in relin-  
quendo sceno culpa incidisset, ea ne levis quidem fuisse videretur, cum  
eo tempore ob diuturnos & nimios imbres publica sceni devasta-  
tio fuerit, & ab omnibus scenum non nisi madidissimum illatum,  
nec tamen a quoquam scenum illud e horreis ejectum & pro dere-  
lictio habitum; adde quod nec ista qualiscunq; culpa ad causandum  
incendium directo esset ordinata & apta, & licet ex illa sceni corru-  
ptione incendium per rerum naturam fieri posset, tamen hoc non  
videretur esse de illis, quae perpetuo & necessario fieri solent, & sic  
magis pro fortuito iudicandum & venia dignum.

### CAPUT III. DE INCENDIO CASUALI SEU FORTUITO.

Incendii for-  
tuiti definitio  
& divisio.

**§. I.** Incendium casuale seu fortuitum dicitur, quod vi quadam ma-  
jori fit & provideri aut averti non potest *L. 23. in fin. ff. de R. J. l. 1.*  
*§. 4. de Oblig. & Actio. Raucbb. p. 2. quest. 10. n. 3.* Et futuri casus  
fortuiti varii sunt, tum ex causis naturalibus vel extra rem, vel  
in ipsa re, tum factio aliorum hominum veniunt *Vinn. ad §. 2. Inst. quib.*  
*mod. re contrah. oblig. n. 4.* ita quoque variis modis excitari solet e. g.  
quando incendium a fulgure caelitus emisso ortum *Farin p. 3 oper. Crim.*  
*quest. 110 n. 39.* aut incendium vi ventorum ortum, forte dum stipulas  
in agris ruricolae incendunt, & quidem cum tempus esset tranquil-  
lum & quietum, & postmodum modico intervallo ex improvise vis  
ventorum exorta, taleque incendium merito accensetur incendiis  
fortuitis *vid. hac de re Camil. Borel. Consil. 7 n. 47.* item incendium per  
hostium latronumque incurfiones *Raucbb. p. 2. quest. 10. n. 3.* item si e  
domo vicini scintilla ignis evolavit atque incendium excitavit,  
in alterius domo vel scenili *Menoeb. de arbitr. jud. quest. lib. 2. concl. 4.*  
*cas. 390. num. 2.*

Incendium  
fortuitum est  
impunibile,  
adjiuntur  
quaedam li-  
mitationes.

**§. II.** Hoc incendii genus omnino impunibile esse, nemo est  
qui ignorat *per rat. in l. 1. §. 5 ff. de minor.* Nisi quis (1.) omnem ca-  
sum & periculum in se receperit, idque ex vi pacti & conventionis,  
quoniam ex conventionione contractus legem accipiunt *l. 1. §. 6. ff. de*  
*pact. l. 23. ff. de R. J.* & provisio hominis facit cessare provisionem  
legis



legis arg. l. 3. Cod. de test. tur. l. fin. Cod. de Pact. (2.) Moram commiserit. Nam in omnibus causis pro facto accipitur id, in quo per alium mora fit, quominus fiat l. 39. ff. de R. J. l. 9. Cod. de pign. act. l. 7. de usur. Et unicuique sua mora nocere debet, non alteri L. 173. §. 2 de R. J. item l. 155. eod. Gail. l. 2. Observat 21. n. 2. in fin. & Obs. 22. n. 7. in fin. Hinc cum quis precarium haberet usum ædium, & moram fecisset in illis restituendis, ac ædes postea per negligentiam ancillæ conflagrarent, iudicatum, ab eo sarcendum damnum *Modest. Pistor. p. 1. quæst. 25. n. 7.* (3.) Culpa casum immediate præcesserit, culpa enim unius alteri nocere non debet l. 22. ff. de negot. gest. l. 27. in fin. eod. l. 33. §. 1. Cod. de inoffic. testam. Sic *Gail. lib. 2. obs. 22. n. 7.* ad emendationem damni fuisse nobilem quendam condemnatum refert, qui ruri in columbarum super columbario sedentem bombardam emisit, & præter opinionem occulta vi pulveris stramineum tectum incendit, unde ignis progressus & vicina rusticorum tuguria simul conflagrarunt vide *Farinac. in Prax Crim. p. 3. quæst. 110. n. 39.* sic etiam eum qui domo conductæ non ad usum destinatum utitur, culpa premit & ad restitutionem damni obligat *Olivierius Beltraminus in Decis. Rot. Rom. 528.* sed de hoc non attinet latius disserere, cum supra satis fuerit explicatum. (4.) Incendium fiat apud prædonem aut malæ fidei possessorem, qui quoniam semper in dolo & mora esse præsumitur L. 8. l. ult. ff. de Condict. furt. l. ult. de condict. ob turp. caus. merito de casu fortuito & incendio casuali tenetur *Rauchb. p. 2. quæst. 10. n. 90 in fin. Carpzov. p. 2. Decis 200.* Non excludenda tamen hic distinctio inter simplicem malæ fidei possessorem & eum, cuius enormis arguitur improbitas, ut & inter tempus litis nondum contestatæ & contestatæ juxta *Struv. Exercit. 10. th. 60. & Exercit. 11. th. 27.*

§. III. Incendium passis ut personis commiseratione dignissimis in bene constitutis Rebus passim succurritur, 1. permit- tendo, ut publicè Eleemosynam colligant, quæ tamen pro tota universitate collecta ita distribui debet, ut major ejus pars cedat ad reparationem Ecclesiæ aliarumque ædium sacrarum & publicarum, reliqua vero singulis pro ratione damni assignetur *Carpz. Jurispr. Consist. lib. 2. Def. 327.* 2. Onera publica ad certum tempus remittendo vel diminuendo arg. l. 4. §. 1. ff. de Cens. Confer *Carpzovium lib. 4. Respons. 73. n. 10. & in Asyl. debet. th. 37. seq.* 3. Rescripta moratoria (vulgo quinquennelle Anstands Brieffe concedendo *Carpz.*



Quid juris si  
Creditor Chirographum  
in incendio  
amittat.

Item si domus  
hypothece data  
exusta.

Utrum licitū  
tempore incendiū  
res suas rebus  
commodatis  
preferre?

d. tr. in Afgl. debitor. th. 61. §. 4. Alia infelicitum debitorum beneficia largiendo. 5. Refectioni ædium incendio corruptarum usq; adeo favendo, ut donationes hanc in rem factæ insinuatione non indigeant, licet 500. solidos excedant L. 36. §. 2. C. de donat. Hahn ad Wesenb. tit. de donat. n. 6. Struv. in Exercit. 40. th. 11. 6. Jura ipsorum tuendo, atq; hinc amisso Chirographo creditor debiti persecutionem minimè amittit Pruckman. Consil. 24. n. 119. v. 1. sed potius tenetur debitor, ut aliud instrumentum obligatorium denuo conficiat Gail. lib. 2. Observ. 37. n. 1. §. seg. Ratio, quoniam instrumentum non ad substantiam contractus, sed ad rei gestæ fidem pertinet L. 12. C. de Probat. & obligationes non nisi certis modis tolluntur L. Obligationum 44. §. 1. ff. de Oblig. & Action. adeo ut etiam negotium necessario scripturam requirat, dum sc. ab initio placuerit, ut in scriptis fieret, & instrumenta incendio sint perditā, tamen nec hoc casu intercidat obligatio, modò aliter fides fieri possit Brunnem. ad l. 1. Cod. de fid. Instrum. Struv. Exercit. 28. th. 34. Si autem veritas aliter explorari non potest, quid sc. & quantum quis debeat, tum juratò debitum aut solutionem obtinere potest. Carpz. in Prax. Crim. p. 1. qv. 39. n. 71. §. 72. ubi & hoc quodam responso confirmat. Eadem ratione si domus hypothece data postea exusta fuerit, non solum personalis obligatio creditori semper salva manet, sed & idem jus l. 9. §. fin. ff. de P. O. l. 11. C. si certum petat. duratq; hypothece & hypothecaria actio in illud quod adhuc superest, quantumcumq; etiā fuerit l. 16. §. 2. l. 29. §. 2. ff. de pignor. l. 21. ff. de pignorat. action. Franck ad tit. quib. mod. pign. solvitur n. 141. §. seg. in tantum ut ædibus combustis duret quoq; hypothece in cœmentis aliò translatis Carpzov. in Decis. 12. Wissenb. p. 1. Disp. 40. th. 37. in fin. Hac occasione quæritur, si tempore ruinæ, naufragii, incendiū commodatarius res suas servaverit, & ita rebus commodatis illas prætulit, an teneatur ad restitutionem? Et Resp. quod sic secund. l. 5. §. 4. in fin. ff. commod. quod alii limitant nisi res propria fuerit pretiosior, commodata vilior, quod tunc qui suas res rebus commodatis prætulit, possit excusari Hahn ad Wesenb. tit. Commod. n. 7. item Lauterbach in tract. Synopt. tit. Commod. §. 2. th. 5. quæ distinctio haud abludit à ratione juris, pretiosorem enim rem præferens commodatæ viliori non peccat contra officium Patrisfamilias diligentissimi, quod si res æquales, commodatas propriis præferendas esse dubio caret per d. l. 5. §. 4. 7. Illis,



lis, qui damnum ex incendio navis sentiunt, secundum conventionis legem subvenit notissima in Emporiis maritimis Assuratio. Assurator enim jacuram mercium vel navis facit, si casus fortuitos generaliter prestare promisit, modo incendium illud in navis commorantium culpa factum non sit, nisi enim assurator specialiter ad hunc casum se obligarit, de eo obstrictus non est *Dn. Meier. Disp. Inaug. de Assurac. Mercat. c. 5. §. 10.* Tandem §. statutis nonnullorum locorum aedes concrematae communi sumtu concivium restituuntur uti *M. Ant. Peregrin. Decis. 133. n. 10.* tale statutum in Paduano districtu observari notat,

## CAPUT IV.

### De REMEDIIS INCENDII VEL PRÆCA- VENDI VEL EXSTINGVENDI.

**A**D præcavendum incendium non inutilis est Ephoria eorum qui certo anni tempore aedes incolarum curiosè perquirunt anxie solliciti, ne quis ignem vel quantitate vel loco vel tempore noxium habeat, vid. late *Speckhan. de LL. incendiorum th. 2.*

qviq; patremfamilias admoneant diligentia, ut sc. caminos ita habeant exstructos, ut à periculo ignis sint tuti, & quotannis aliquoties purgari curent, quod & optime quoq; cautum est in *Senat. Lips. Ord. incend. §. Zugleichen soll auch einiegleicher.* Ub: Civibus sub poena injungitur, ut ad minimum singulis annis binis vicibus caminos purgari curent. Aliàs si forte propter negligentiam inhabitantis caminus ignem conceperit, poenam arbitrariam ille sustinet. Porro quoviam & aqua ad incendia restingvenda multum prodest, ideo & summa necessitas ac utilitas Magistratui curam fontium, aquæ ductuum & lacuum conservandorum imperat.

**§. II.** Antiquitus apud Romanos hac in re nonnunquã interveniebant Tribuni plebis & Aediles, quorum mentio fit *in l. 1. ff. de offic. Praefecti vig. l. 1. ff. de offic. Praef. Vigil.* Cum autem nec Aedilium nec Triumvirorum cura in populosa civitate sufficeret, Augustus, cum ipso rerum potente, multa in urbe incendiis vastata essent *l. 2. ff. de offic. Praef. Vigil se-*

Quomodo  
incend. præ-  
caveatur.



ptem cohortes in locis incendiis procurandis selegit, quibus singulis Tribunos suos & toti corpori unum praefecit, quem vocavit Praefectum Vigilum d. l. 1. Nov. 13. ab initio item Hahn. ad Wesenb. ad tit. de offic. Praef. Vig. qui per totam noctem vigilare debebat & coerrare calceatus cum hamis & dolabris d. l. 1. §. 3.

Hodiernus  
usus,

§. III. Hodie in omnibus ferè urbibus consuetudine receptum est, ut Magistratus vigiles deligant, qui noctu circumeundo, singulisq; horis sonitum campanæ denunciando excubias agunt, quorum opera cum Reipublicæ sit admodum salutaris, ita par est eos præ cæteris tueri & injuriam ipsis illatam feverius vindicare. In quibusdam quoq; locis in turribus constituuntur, qui die noctuq; excubant, ut si incendium oriatur, statim signo dato turbam concitent, & ad ferenda in præsentis periculo auxilia conclament, juramento ad hoc prius adstricti *mi patet aus der Fürstl. Sächs. Gothischen Feuer Ordnung c. 2. art. 1.*

Cura circa  
ædificia ex-  
struenda.

§. IV. Non splendorem tantum sed etiam securitatem urbi conciliat, si ædificia tam versus plateam quam aream lapide & cæmento construuntur, huc etiam pertinet quod *Statut. Hamburg. p. 2. tit. fin. art. 14. cautum* Es soll auch niemanden nach diesen Tagen verstatet werden // vor seinem Hause / da ein steinern Giebel gestanden hat / einen hölzern Giebel zu bauen / auch soll niemanden hinter noch vor seinem Gebäude steinern Giebel auff hölzern Pfeiler setzen / umb Gefahr Willen / so fromme Leute / die in Feuersnöthen iederman zu helfen gutwillig / daraus besorgen müssen bey Pœn drey Mark Silbers / würde auch iemand hinter oder vor seinem Hause einen steinern Giebel bauen / da vorhin ein hölzern Giebel gestanden / dem sollt aus dem gemeinem Gute drehtausend Mauersteine und ein Wispel Kalck gegeben und ohne Beschweris geliefert werden / Da auch eine steinerne Mauer stehet / soll man kein Stenderwerck in die Ståtte setzen bey gleicher Pœn wie oben außgedruckt. *Vide Mavii ad Jus Lubecense lib 3 tit. 12. art. 9* qui plura notatu digna ex statutis Lubecensibus adfert, inter quæ & illud non postremo loco commemorandū quo quis publica Balnea & officinas pistorias sine consensu Senatûs & vicinorum prohibetur extruere *id. d. l. art. 11.* aut invitis vicinis eas artes atq; opificia exercere, unde ipsis periculum vel incommoditas magna imminet, & licet antiquitus jus exercendæ ejusmodi artis in ædibus fuisset, vicennio non exercita amittitur *Mev. d. l. art. 12. n. 1 & 25.*

§. V.



§. V. Distantia quoque ædificiorum tum inter se, tum ab operibus publicis plurimum habet momenti, hinc jure Romano in ædificando juxta publicas ædes intermittebatur Spatium XV. pedum *L. 9. Cod. de ædific. privat.* inter vicinorum ædes XII. pedes *L. 12. §. 2. Cod. eod. Perer. in Cod. ad tit. de Ædific. privat. n. 2.* Sic si quis furum secundum parietem communem habeat, unde vicinus sibi metuit, potest cautionem damni infecti postulare *L. 27. §. 10. ff. ad L. Aquil.* Et si autem superiores leges de distantia ædificiorum hodiè abrogatas esse, experientia demonstret, cum contigua ubique ædes conspiciantur, distantia tamen ædificiorum privatorum à publicis operibus e. g. muris propter incendiū aliudque periculum adhuc in quibusdam urbibus observari solet. teste *Siruv. de Ædific. privat. th. 47.*

§. VI. Ut incendium restinguatur, igne jam erumpente sine mora civēs incolasque convocare, distributisque jam pridem lege publica operis, instrumenta ad compescendum ignem parata expedire convenit, quæ apud Romanos usitata fuisse inveno hamas sc. dolabra, Siphones, acetum & aquam, *L. 3. §. 3. ff. de offic. præfect. vig. L. 12 §. 18. §. 21. ff. de Instr. vel Instr. leg. L. 3 §. 5. ff. de pen. leg. de* quibus cum latissime egerit, *Speckhan. d. Tr. de legib. Incend. th. 5.* nolo ipsius scrinia compilare.

§. VII. Præsentiſſimum quoque remedium ad propulsandum ignem ne latius serpat est demolitio ædium vicinarum ac propinquiarum vel à Magistratu vel à privato impune facienda, neque enim vel leg. Aquiliæ, *L. 49. §. 1. ff. ad l. Aquil.* vel actio Prætoria de incend. ruin. Naufr. *L. 3 §. 7. ff. de incend.* vel interdictum quod vi aut clam *L. 7 §. 4. ff. quod vi aut clam* adversus destruentem locum habet; non autem hic rem ab eo æstimamus, utrum ad ædes istas ignis pervenerit, sed utrum verosimiliter eò pervenire potuerit, nec ne, ut hoc casu qui vano metu quid fecit, à præstatione quidem ejus quod interest excusetur, simpli tamen condemnatur *d. L. 3 §. 7.* nisi postea ignis eo quoque penetrarit, ubi frustra disputatur, an metus fuerit justus nec ne; illo vero qui ædes dissipavit, penitus absolvatur. Quod tamen non impedit, quo minus dominus dirutarum ædium à concivibus, ut partem aliquam incommodi communi colatione sumptuum ad reficiendum facta, ferant, recte postulet *arg. L. 1. §. 2. in fin. pr. ff. ad L. Rhod. de jact.* quæ contributio non nisi in

Sub-



Subsidium debetur vel quando non est, qui incendii dicatur autor,  
vel quando aduersus hunc ob inopiam inanis est actio *arg. L. 6 ff. de  
dol. conf. Struv. de edif. privat. th. 69. Lauterb. disp. de acquit. & extens.  
L. Rhod. th. 14. seqq.*

§. VIII. Magicos autem exorcismos, incantationes & adju-  
rationes der Zueberbeschwörer hinc plane excludimus ac damnamus,  
& foris legos magosque digno supplicio, sperati præmii lo-  
co, afficiendos iudicamus, *Confer. Speckhan de LL. incend. §. fin. ubi  
simul de miraculis à sacris & religiosis quibusdam hominibus divina po-  
tentia editis agit.*

Jam hic vela Disputationis nostræ contrahimus multa adhuc tra-  
ctari addiq; hic possent ac deberent, verum cum ob certam causam  
properandum nobis fuerit, ideo à Beneuolò Lectore petimus, ut hæc  
benigne interpretari, & si quæ minus accurate, uti debebant, tracta-  
ta ac decisa sunt, tua beneuolentia & accurato iudicio corrigere  
velit, Deo interim gratias agimus, ac studia nostra porro  
supplici prece commendamus.

*Ad Nobilissimum Jurisq; Studiosissimum*

Dn. Respondentem, Amitinum & Convictorem suum

*honoratissimum.*

Quanto sis Patriæ Themidosq; INCENSUS amore,

Id edocent INCENDIA,

Quæ recolens Patriæ repetenda trista fata,

Themidos paras honoribus,

Pergito sic ARDERE! ARDOR Tibi proderit olim,

Cypride excitante INCENDIA!

*Non sine Soto omnigena prosperitatis, & imprimis fortunata quam*

*hinc meditatur Nobilissimus Dn. Respondens,*

*abitionis, L. m. q. ser.*

E G. Bösch.

Septem bis menses numerat tua Patria tristes,

Ex quo Metr' opolis fulmine facta cinis.

Non ergo immerito defendis jura perusta

Solamen Matris, Spes Patriæq; tuæ.

Gratulor hinc, Numenq; precor quod cuncta gubernat

Ut posthac Patriam liberet igne tuam.

*Fratri suo mellissimo abstrusenti ita accinebat*

*abstrusens*

Conrad. Jul. Engelking, LL. Stud.

F I N I S,



00 A 6412

ULB Halle 3  
002 916 525




5b,

R

WAX











~~19~~ 19  
I. N. J. C.  
DISSERTATIO JURIDICA  
De  
INCENDIORUM  
JURE,

Quam  
Divina favente gratia  
Ex Consensu & Autoritate Magnifici & Amplissimi Jctorum ordinis,

SUB PRÆSIDIO  
DN. MARTINI ZACHARIÆ CRAMERI,

J. U. D. Celeberrimi, hujus Academiæ Syndici  
meritissimi,

Patroni, Præceptoris atqve Promotoris æviternum  
devererandi,

IN ACADEMIA LIPSIENSI

Publicæ Eruditorum disquisitioni submittit

HERMAN. ab ~~Born~~/ Oldenburgensis,  
A. & R.

In Auditorio Collegii Petri,

Ad diem 27. Septembr.

ANNO M. DC. LXXVII.

Literis JOH. GEORGI.

*M. Wisman-Sax*